

REFERENTES IMAGINES EORUM,  
 QUORUM POTISSIMUM VIRTUTE OPERAQUE  
 Motus Rusticorum, in Alfatia atque Thurin-  
 gia sunt extincti. Anno Chri-  
 sti 1525.



N<sup>o</sup> restituta salutis M D XXV. nulli non nota Seditio Rusticorum per Sueviam & vicinam Germaniæ partem, quæ est ad Danubium, primo vere exorta fuit: parvisque primò ab initiis adeò crevit hoc malum, ut nullus postea mensis fuerit, quo non aliis atque aliis locis sit rebellatum. Incendium idem cum è Germania vicinam in Lotharingiam pervenisset, Antonius ejus regionis princeps, fratre suo Claudio Guisio (qui Gallici exercitus reliquias pugnâ Papiensi dissipatas collegerat) inter alios comitatus Tabernas Alsatias usque progreditur; quo loco rustici maximo numero convenerant. Et cum insuper aliquot Rusticorum millia his auxilio venirent, ille copiis aliquot equitum; peditumque missis, propè vicum Lupfitemum ad mille quingentos occidit: reliquis fugâ dilapsis: postridè verò in eos, qui circa Tabernas erant, ingentem edidit stragem. Quam tamen in re fides desiderata fuit. Nam jussi deponere arma, & impunitate promissâ, cum per medias equitū & peditum cohortes prodirent inermes, domum